



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXVII. Item alia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

154 MARCVLFI MONACHI
pere debere, & debeo, hoc est soli-
dos tantos, pro quibus solidis quos
post me retinuero, annis singulis,
per singulos solidos, singulos trien-
tes vestrīs partibus esse redditurum.
Et si hoc facere contempsero, aut
exinde negligens apparuero, ad
duplum ipso loco vobis reddere
spondeo. Et quomodo de mea
proprietate ipsos solidos vestros
reddere potuero, hanc cautionem
a vobis recipiam.

XXVII. ITEM ALIA.

Dominō fratri illi, ille. Qua-
tus necessitati meæ supplen-
do, solidos vestros numero tārum,
mihi ad beneficium prēstitisti. Ideo
iuxta quod mihi aptificauit, taliter
internos conuenit, ut dum ipsos so-
lidos de meo proprio reddere po-
tuero, dies tantos in vnaquaque
hebdomada seruitio vestro, quale

mihi vos , aut agentes vestri iniun-
xeritis, facere debeam. Quod si ex-
inde negligens, aut tardus apparue-
ro, licentiam habeatis, sicut & cæte-
ris seruientibus vestris disciplinam
corporalem imponere : & quomo-
do solidos vestros, reddere potue-
ro , meam cautionem absque ullo
euacuari intercedente recipiamus.

XXVIII. *QVI SE IN SERVI-*
tio alterius obnoxiat.

Dominus mihi proprio illi. Dū
& instigante aduersario , fra-
gilitatem meā præualente , in ca-
sus graues cecidi , vnde mortis peri-
culum incurrere potueramus. Sed
dum vestra pietas me iam morti ad-
iudicatum , de pecunia vestra rede-
misti , vel pro meo scelere res ve-
stras quamplures dedisti : Et ego
de rebus meis, vnde vestra beneficia
rependere debuisse , non habeo: